

quod in eorum privilegiis plenius continetur, volentes et presenti privilegio statuentes, quatenus nullus sit qui vos, capitulum Troianum, de supradicta decima contra hanc concessionem et confirmationem aliquatenus molestare presumat. Ad huius autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in castris apud Isinbrugge^a anno dominice incarnationis 1220, mense Augusti indictionis octave^b, regnante domino nostro Friderico secundo dei gratia illustrissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni eius in Germania octavo, in Sicilia vigesimo tertio, feliciter, amen.

Aus Aceto, Troia sacra I, 223, der dem jetzt verlorenen Orig. Sack V n. 14 folgte.

Manfred befiehlt dem Magister Jurato von Troia auf Klage des Erzpriesters und Kapitels von Foggia, sie würden durch das Kapitel von Troia am Bezuge des Zehnten aus den Einkünften des Baiulats behindert, endgültig die verklagte Partei aufzufordern, dass sie sich am 3. Tage nach der Ladung im Grossgerichte den Richtern über geistliche Angelegenheiten stelle.

1259 Februar 27, Foggia.

Manfredus dei gratia rex Sicilie magistro Iurato Troie, fideli suo etc.

Querelam archipresbiteri et capituli Fogitani recepit nostra serenitas, continentem, quod Troianum capitulum per contradictionem et petitionem decimarum descendentium ex proventibus nostre baiulationis Fogie, regali curie sepius iteratam, impedit eos, quominus predictas decimas, in quarum possessione fuerunt et sunt a retroactis temporibus usque nunc, a regali curia percipere valeant et habere. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus dictum Troianum capitulum peremptorie cites, ut tertio^c post citationem tuam in magna nostra curia se presentent coram cognitoribus ecclesiasticarum questionum per nostram excellentiam ordinatis, facturis et recepturis,

a) *Sarburge.* b) *indictione octava.* c) *sc. die.*